Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



5

humilitas pietas fides. adeo apud cristi fideles inualuerunt.
ut vna omnium germanor voce pro sancto hactenus celebra
tus fuerit. Cuius liberalitatem. sanctegz religionis cultu. nõ
nulla monasteria et quidem celeberrima. ab eo cũ amplissimis
censibus ostructa. alia etiam magno sumptu illustrata. ab
unde testantur. Hic princeps optimus. sacerdotes t viros reli
giosos admodu coluit. sumostz pontifices tãta veneratione
prosecutus fuit vt ab innocentio secundo Romanor pontifice
predecessore nostro. peculiaris sancti petri filius appellaretur. et
aplica cõmendatione. atqz ea plenariam qz uulgo dicũt abso
lutione. dignus ab eodẽ innocentio etiam mortuus iudicatus
fuerit. Hic vir dei in summis opibus educatus. in magna pe
randi licentia constitutus: coniugalibus curis implicitus. principa
tus regimine impeditus: sedulo tamen pietatis et misericordie mu
nera subibat. lassos roborans. vacillantes cõfirmas. oppressos sub
leuans. inopes fouens. inter curas domus. inter iugales anxie
tates. inter affectus pignor. inter multiplices principatus sollicitudines. inter studia tot labor. immaculatũ sese ab hoc seculo cu
stodiuit. et temporalia tractando eterna disposuit. Quadragita
annis principatum austrie regens. et quod maius est illis papae
temporibus. quibus ꝓpter henricor patris et filij mutuas concer
tationes. et postea ꝓpter henrici quarti cũ lotario acerrimas con
tentiones in germania bellis incendijs et agrior vastationibus tu
multuatum est. suma cũ iustitia. humilitate et tãquillitate cũ
cta administrauit. et alijs cede t sanguine madentibus. creditam
sibi austrie pruinciam in diutina pace cõtinuit. Quibus ex me
ritis eterne retributionis t pacis pmia a deo optimo maximoqz.
qui centuplicato fenore merita hominũ pensat. est cõsecutus.
Pretendant nunc huius seculi amatores ad peta excusanda. iu
gales. familiares. ciuiles. aut regalis solij molestias. seculi ille
cebras et tentationes. leopoldi exemplo diuina prudencia eos cõuisus
sit. excusationes omnes cõtinuit. aditum humane tergiuersationis con
clusit. et quasi araneae telas cõmenta humane fragilitatis dis
rupit. A deo creati et redempti. deum debitis honoribus non
tolimus. et quod dolentes ex intimis referimus illum nõ tantũ
negligimus. sed blasphemamus sepeniũ. Adhibita sũt preepta di
uine et humane legis. preeptis obtemperare tergiuersamur. Addita
sunt celestis premia gloriae. indicta penarũ diuersa genera.